

Index rerum.

Titulus I.

De Sponsalibus et Matrimonio.

pag. 5—55.

1. Matrimonii elevatio ad sacramentum novæ legis.

De Sponsalibus.

2. Definitio.
3. Fictus consensus non sufficit.
4. Species cap. 26. h. t.
5. Neque velleitas, desiderium, propositum.
6. Libertas requisita, 1^o. pro cognitione habenda.
7. 2^o. pro immunitate a vi.
8. Quid de metu?
9. Actus invalidi et irritabiles.
10. Præfertur sententia affirmans validitatem sponsalium initorum sub metu.
11. Mutua promissio.
12. Quid si una pars tantum promittat et altera acceptet quin repromittat?
13. Signum sensibile.
14. Non sufficit taciturnitas.
15. Nulla solemnitas requiritur.
16. Neque ab alio quam a Summo Pontifice, præscribi potest.
17. In dubio de valore sponsalium, in foro interno nulla est obligatio.
18. Item in foro externo.

19. Sed si contra negantem militent gravia judicia, cogi poterit ad iuramentum purgatorium.
 20. Si tamen signa fuerint clara, non admittitur et stat valor sponsalium.
 21. Copula per se non est signum sufficiens sponsalium.
 22. Sponsalia oportet sint inter personas de jure habiles, saltem habitualiter.
 23. Contrahi possunt et per procuratorem ex speciali mandato.
 24. Si parentes contrahant pro filiis, sufficit consensus tacitus, si fuerint præsentés.
 25. Si absentes, requiritur ratihabitio saltem tacita.
 26. Sponsalia contrahi possunt tum absolute, tum conditionate.
 27. Arrhæ in sponsalibus permittuntur.
 28. Pœnæ, jure romano sunt prohibitæ.
 29. Verius et jure canonico.
 30. Proponitur difficultas patronorum adversæ sententiæ.
 31. Resolvitur.
 32. Tamen valent pœnæ adjectæ ab extraneis.
- De effectibus Sponsalium.
33. Præter impedimentum publicæ honestatis, important obligationem contrahendi.
 34. Etsi jure civili romano liceat recedere.

35. Et jure italico, computatis expensis, infra annum petitis.
 36. Quando obligent sponsalia conditionata, vel habentia tempus adjectum.
 37. Quando obligent cum simpliciter contracta sunt.
 38. An renuens illegitime, possit compelli?
 39. Conciliationes non admittendæ inter cap. X. et cap. XVII. h. t.
 40. Caput X. continent regulam, et cap. XVII. exceptionem.
 41. Examinatur cap. X.
 42. Media coactiva quæ?
- De Dissolutione Sponsalium.
43. I^o. Mutuo consensu.
 44. Etsi firmata juramento.
 45. Non tamen impuberes.
 46. II^o. Per ingressum in religionem, aut promotionem ad sacros ordines.
 47. Non tamen merus ingressus in religionem liberat ingredientem, sed tantum alteram partem.
 48. Idem est in susceptione ordinum minorum.
 49. III^o. Per subsequens matrimonium, etsi tantum ratum.
 50. Sed soluto matrimonio, reviviscit obligatio ex parte ejus qui contra fidem nupserat.
 51. VI. Per discessum sponsi.
 52. Eandem vim habet nimia dilatio.
 53. Tempus præfiniri potest ad finiendam obligationem vel ad eam tantum differendam.
 54. V^o. Ob fornicationem, et I. subsequentem sponsalia.
 55. Sed dissolutio fit favore partis innocentis tantum.
 56. 2^o. Si præcedat et fuerit cognita, censetur remissa et non solvit.
 57. Si ignorata nocet certo mulieri.
 58. Probabilius non nocet viro.
 59. Cap. XXV. de Jurej. loquitur de fornicatione præcedenti.
 60. VI^o. Causa dissolutionis sponsalium est notabilis mutatio.
 61. 1^o. Animi.
 62. 2^o. Corporis.
 63. 3^o. Fortunæ.
 64. Mutatio notabilis sunt etiam graves inimicitia.
 65. VII^o. Causa est impedimentum superveniens.
 66. Sed si sit ex culpa unius, tenetur hic procurare dispensationem.
 67. De probatione causæ dissolutionis.
Si procedat ex impedimento canonico etiam impediendo, sufficit semiplena probatio.
 68. Si faveat uni tantum parti, requiritur plena.
 69. Si causa sit certa, regulariter non requiritur sententia judicis, secus si dubia.
 70. Sed aliquando requiritur sententia judicis, per accidens.
- De Matrimonio.
71. Definitio ut contractus.
 72. Ut sacramentum.
 73. Explicatur definitio.
 74. Divisiones matrimonii. 1^o. In legitimum, ratum, consummatum.
 75. 2^o. Publicum, conscientia et morganaticum.
 76. 3^o. Verum, putativum et præsumptum.
 77. De præsumpto speciatim.
 78. Admittit tantum probationem contrariam indirectam.
 79. Instructio S. C. de Propaganda fide.
 80. Quæstiones speciales de mutuo consensu.
Necessitas veri consensus interioris.
 81. Oportet consensus sit personalis.
 82. Consensus parentum non est necessarius pro validitate matrimonii filiorum familias.
 83. Contraria petitio regis Franciæ, non admissa a Conc. Trid.

84. Tamen matrimonium contrahi potest per procuratorem.
85. Dummodo 1º. habeat speciale mandatum et quidem in ordine ad determinatam personam.
86. 2º. Mandatum exequatur per seipsum, nisi habeat facultatem subdelegandi.
87. 3º. Non fuerit retractatum.
88. 4º. Neque præmoriatur mandans.
89. Proponitur quæstio an inter fideles haberi possit verum matrimonium quin sit sacramentum.
90. In abstracto ratio contractus et sacramenti distinguitur.
91. Nonnulli putaverunt et in concreto.
92. Sed omnino erronee.
93. Ratio loquendi ss. canonum.
94. Matrimonium quod a ss. canonibus dicitur ratum, est sacramentum.
95. Matrimonia clandestina erant merito reprobata ut illicita.
96. Literæ Pii PP. IX. 9. Sept. 1852, quibus declaratur inseparabilitas contractus matrimonialis et sacramenti inter baptizatos.
97. Hinc ministri sacramenti matrimonii sunt ipsi contrahentes.
98. Ex identitate contractus matrimonialis et sacramenti sequitur Ecclesiam exclusive de vinculo matrimonii legem dicere.
- De potestate Ecclesiæ in causis matrimonialibus.
99. Doctrina Conc. Tridentini.
100. Jansenistarum et regalistarum effugia.
101. Pseudosynodus pistoriensis et damnatio ejusdem facta a Pio VI.
102. Doctrina Pii PP. IX.
- De potestate Ecclesiæ constituendi impedimenta præsertim matrimonium dirimentia.
103. 1º. Sequitur ex matrimonii elevatione.
104. 2º. Probatur facto perenni Ecclesiæ.
105. Agendi ratio Conc. Tridentini.
106. Bulla Auctorem fidei, Pii VI.
- De potestate principum in matrimonium.
107. Nihil possunt quoad substantiam et quoad effectus inseparabiles.
108. Sed valet princeps præscribere conditiones quasdam pro effectibus separabilibus.
109. Cuinam in Ecclesia competat potestas constituendi impedimenta dirimentia?
- Antiquitus et Conciliis particularibus.
110. Nunc est causa major.
111. Neque consuetudo particularis procedere potest.
112. Quis valeat statuere impedimenta impedientia.
- Olim et Episcopi.
113. Nunc est pariter causa major, si per modum legis inducantur.
114. Sed Episcopi valent in casibus particularibus.
115. Immo et Parochi valent ad tempus differre matrimonii celebrationem.
116. Quinam subjiciantur impedimentis matrimonialibus.
- Omnes homines subjiciuntur impedimentis juris divini.
117. Hinc 1º. impedimento erroris, circa personam.
118. 2º. Impedimento impotentiae antecedentis et perpetuae.
119. 3º. Consanguinitatis saltem in primo gradu lineæ rectæ.
120. 4º. Ligaminis.
121. 5º. Ætatis.
122. Infideles non subduntur impedimentis mere ecclesiasticis.
123. Quoad hæreticos, et schismaticos, tenentur impedimentis quæ vigeant cum ab Ecclesia separati sunt.
124. Hinc Ecclesia dispensat cum heterodoxis redeuntibus ad unitatem.

125. Filii autem ob præsumptam bonam fidem saltem alterutrius ex parentibus, habentur ut legitimi.
- De impedimentis impedientibus.
126. I. Ecclesiæ vetitum.
127. Summus Pontifex valet illud reddere impedimentum dirimens; sed non præsumitur.
128. II. Tempus feriatum; prohibentur tantum solemnitates et benedictiones nuptiarum.
129. III. Sponsalia valida nec resoluta.
130. IV. Votum simplex castitatis perpetuæ, vel ingrediendi religionem vel suscipiendi ordines sacros.
131. V. Clandestinitas, ubi Decretum Concilii Tridentini non est promulgatum.
132. VI. Omissio trium denunciationum.
133. VII. Cultus disparitas inter partem catholicam et heterodoxam.
- De impedimentis dirimentibus.
134. Enumerantur.
- 1º. De impedimento erroris.
135. Error in personam, dirimit.
136. Error circa qualitates non dirimit.
137. Nisi 1º. sit circa conditionem servilem.
138. Nisi 2º. refundatur in personam.
139. Vel 3º. qualitas fuerit considerata actu aut virtualiter ut conditio sine qua non.
140. Vel 4º. ut finis unicus.
- 2º. De impedimento vis et metus.
141. Vis cadit in actum imperatum, et dirimit jure naturæ.
142. Metus gravis ab extrinseco, injustus, directe incussus ad extorquendum consensum, dirimit jure positivo.
143. I. Gravis. In gravitate ponderanda, attendenda qualitas personarum.
144. Hinc et metus reverentialis esse potest aliquando gravis.
145. Gravitas metus ponderanda, prudentia judicis.
146. II. Explicatur quando metus sit ab extrinseco.
147. III. Quando injustus.
148. IV. Quando directe incussus.
149. Hoc impedimentum cum proprie sit juris positivi, est odiosum utpote lex irritans.
150. Metus purgari potest; ante Tridentinum longa spontanea cohabitatione vel libera copula præsumebatur purgatum.
151. Idem jus est post Tridentinum, si metus impedimentum sit occultum.
152. Si publicum, renovandum matrimonium in facie Ecclesiæ.
- 3º. De impedimento raptus.
153. Jure Decretalium confunditur cum impedimento vis et metus.
154. Ex Tridentino est speciale impedimentum.
155. Ejus definitio.
156. Oportet mulier rapiatur matrimonii ineundi causa.
157. Raptus seductionis.
158. Est impedimentum cum mulier seducitur ut abducatur et ponatur sub potestate viri.
159. Quid si mulier volens rapiatur?
160. Aut ex nolente fiat volens blanditiis?
161. Nonnulli putaverunt in his casibus adhuc dari impedimentum; sed melius negandum; in primo casu injuria infertur iis sub quorum potestate est mulier, non autem ipsi libertati mulieris.
162. In utroque casu aderit crimen raptus, sed non impedimentum.
163. Lex romana male invocatur, cum correcta sit ab Innocentio III.
164. Hinc male citantur Doctores et canones Innocentio III. antiquiores.
165. Et quædam sententiæ S. C. C. correctæ sunt per subsequentes.

166. An raptus viri sit impedimentum? Quidam affirmarunt.
167. Sed negandum.
168. Dissolvuntur contraria argumenta.
- 4°. De impedimento disparitatis cultus.
169. Disparitas perfecta seu proprie dicta, idest inter personam non baptizatam et baptizatam, est impedimentum dirimens.
170. Disparitas imperfecta, seu inter personam catholicam et acatholicam est tantum impedimentum impediens.
171. Disparitas perfecta dirimit matrimonium jure ecclesiastico.
172. Nequit in re disciplinari argui concludenter a veteri ad N. Testamentum.
173. S. Paulus ponit tantum prohibitionem conjunctionis inter fidelem et infidelem, et quidem regulariter loquendo.
174. Item antiqui canones.
175. Hinc impedimentum dirimens ortum habuit a jure consuetudinario.
176. An obtineat ubi primo fides prædicatur et Ecclesiæ constituuntur?
177. Et an obliget hæreticos ibi degentes?
178. Benedictus XIV. statuit obligare omnes.
179. Et unus Papa dispensat.
- De matrimoniis mixtis.
180. Imperfecta disparitas, saltem nunc, est tantum impedimentum impediens.
181. Dispensat unus Papa.
182. Conditiones olim requisitæ.
183. Conditiones nunc requisitæ de jure.
184. Quænam remitti valeant, ad majora præcavenda mala.
185. Semper pro matrimonio mixto permittendo, requiritur gravis causa.
186. De jure parochus præstat assistentiam mere passivam.

Titulus II.

De desponsatione impuberum.

pag. 55—59.

1. Quinam impuberes.

De Sponsalibus impuberum.

2. Ad sponsalia contrahenda sufficit usus rationis, qui non præsumitur ante septennium.
3. Sponsalia inita a parentibus pro filiis infantibus, indigent ipsorum ratihabitione cum ad annos discretionis pervenerint.
4. Si prudentia suppleat ætatem valent sponsalia ante septennium.
5. Sponsalia impuberum ante pubertatem nequeunt dissolvi.
6. Sed ab eo qui fit pubes, statim recedi potest.
7. Sed si pubes contrahat cum impubere, hic tantum adepta pubertate recedere valet.
8. Si neuter adepta pubertate statim reclamet, sponsalia fiunt perpetua.

De matrimoniis impuberum.

9. Requiritur pro validitate matrimonii, regulariter ætas 14 annorum completorum in viris, et 12 in mulieribus.
10. Nisi malitia suppleat ætatem.
11. Quo jure dirimat hoc impedimentum. Si non adsit usus rationis dirimit jure naturæ.
12. Secus ex jure positivo.
13. Hinc distinguitur ab impedimento impotentiae antecedentis perpetuæ, et Papa in eo dispensat.
14. Matrimonium nullum impuberum habet valorem sponsalium.
15. Nisi expresse obstet contrahentium voluntas.
16. Matrimonium impuberum, nullum, est renovandum in facie Ecclesiæ.

Titulus III.

De clandestina desponsatione.

pag. 59—85.

1. Triplex clandestinitas.

I. De Denunciationibus.

2. Investigatio præmittenda a Parocho.
3. Denunciationses generaliter præscriptæ a Lateranensi IV.
4. Decretum Tridentini.
5. Episcopus valet dispensare.
6. Denunciationses faciendæ a parochio utriusque nupturientis.
7. Et quidem a parochio actuali, si a longo tempore ibi morentur.
8. Secus ab antiquo parochio.
9. Denunciationses faciendæ tribus diebus continuis, festis de præcepto, vel etiam suppressis, dummodo adsit concursus populi, ex Episcopi concessionem.
10. Item in vespertis, ex Episcopi concessionem.
11. Dispensat non modo Episcopus, sed et Prælati Nullius, et Vicarius Capitularis ac Generalis, ac Legatus Papæ.
12. Si nupturientes sint diversæ diocesis, utriusque episcopus dispensare debet.
13. Sed dispensatio concedenda ex justa causa.
14. Plures causæ demonstrative efferruntur.
15. Omnes fideles tenentur manifestare impedimenta.
16. Neque obstat cap. 3. h. t.
17. Excusat tamen grave incommodum.
18. Omissio denunciationum est impedimentum mere impediens.
19. Et si matrimonium contrahatur omissis denunciationibus, absque dispensatione, faciendæ sunt ante ejus consummationem.
20. Pœnæ in parochum omittentem denunciationses.

21. Pœnæ in testes matrimonii.

22. Pœnæ in contrahentes.

De Matrimonio conscientiae.

23. In quo consistat.
24. Necessaria auctoritas episcopi.
25. Secreta præmittenda inquisitio.
26. Matrimonium describendum in libro speciali, clauso, apud Curiam.
27. Proles denuncianda intra 30 dies.
28. Et adnotatur in libro speciali apud Curiam.
29. Si ex conversatione conjugum oriatur scandalum, primo monendi.
30. Deinde publicatur matrimonium.

II. De forma substantiali contractus matrimonialis.

31. Ante Tridentinum aderant matrimonia publica, clandestina et præsumpta.
32. Tamen clandestina erant illicita.
33. Sed suscipiebantur ut valida, ex utriusque confessione.
34. Ex iisdem multa mala.
35. Quidam Theologi putabant ab Ecclesia non posse irritari.
36. Sed immerito, cum secus nulla valeret lege ecclesiastica opponi impedimenta dirimentia.
37. Hinc Tridentinum tulit legem irritantem.
38. Et proinde ubi hoc Tridentinum decretum viget, cessarunt matrimonia præsumpta.
39. Hoc decretum utpote latum ex præsumptione periculi generalis, non admittit epikejam.
40. Sed Concilium præscripsit specialem promulgationem in singulis parochiis.
41. Qua ommissa, etiam culpabiliter, non obligat.
42. Secuta promulgatio constat 1°. ex positivis documentis; 2°. observantia.
43. Sed faciendæ est nomine ipsius Concilii.

44. Hinc non valet, nomine Concilii provincialis.
45. Quia Concilium provinciale nequit nomine proprio condere impedimenta dirimentia.
46. Papa tamen valet aliter statuere.
47. Tamen et ubi publicatum hoc Decretum Tridentinum, ex impossibilitate communi celebrandi coram parochis, valet matrimonium coram testibus.
48. Sed non valet si impotentia adeundi parochum sit personalis.
49. De matrimonio civili.
- De se nullum habet valorem.
50. Tamen ab Ecclesia recognosci posset.
51. Difficultates quæ huic recognitioni obstant.
52. Tamen toleratur ut cæremonia mere civilis.
53. Sed expedit præmittere celebrationem coram Ecclesia.
54. Etiam toleratur catholicum fungi munere officialis civilis in matrimonio civili, dummodo illud habeat ut meram cæremoniam.
55. Sed si prævideretur contrahentes spreturos esse formam ecclesiasticam et ligarentur impedimento dirimente, aliquando ex scandalo esse posset illicita talis assistentia.
56. Secus ad vitandum grave incommodum, licita esse potest.
57. Poterit tamen teneri officialis civilis, ad monendos tales contrahentes.
58. Nec tenetur respicere ad impedimenta ecclesiastica occulta.
- De acatholicorum conjugis, respectu legis Tridentinæ.
59. Rationes dubitandi.
60. Ostenditur legem Tridentinam, debite promulgatam, obligare etiam acatholicos.
61. Respondetur objectis.
62. Declaratio Benedicti XIV. pro Belgio et Hollandia.
63. Rationes talis concessionis.
64. Hinc ratione contraria, lex viget in reliquis provinciis, nisi ad eas extensa fuerit Benedictina declaratio, ut pro multis factum est.
65. An lex Tridentina obliget et hæreticos qui tempore promulgationis constituebant societatem omnino separatam a catholica, vel eam constituerunt tempore procedente.
66. Negandum videtur.
67. Lex enim afficit territorium ratione personarum.
- De Parocho proprio in matrimonio.
68. Parochus originis, domicilii, quasi-domicilii, et momentaneus.
69. Parochus originis non attenditur.
70. Sed domicilii.
71. Alterutrius nupturientis.
72. Et quidem quovis in loco contrahatur.
73. Etiam invito parochis locali.
74. Item sufficit parochus quasi-domicilii.
75. Ejus genericus conceptus.
76. Inspicienda natura finis commorationis.
77. Si finis importet longam moram, quasi-domicilium statim acquiritur, et valent contrahere post aliqualem moram.
78. In ordine ad matrimonium, et ipsa longa mora constituit quasi-domicilium.
79. Et requiritur saltem mensis moræ cum intentione acquirendi quasi-domicilium.
80. Qui habitationem mutant in fraudem legis, idest non acquirendi ibi quasi-domicilium, invalide ibi contrahunt.
81. Non tamen est in fraudem legis, si ideo vere acquiratur quasi-domicilium ut ibi contrahi possit.
- De matrimonio vagorum.
82. Vagus distinguitur a peregrino.
83. Valide contrahit ubi actu moratur.

84. Etiam clandestine si ibi non publicatum Tridentinum.
85. Et sufficit alteruter sit vagus.
86. Etsi vagus factus sit causa contrahendi matrimonium.
87. Nisi agat in fraudem legis, idest serio vagus non fiat.
88. Sed pro licitate matrimonii vagorum requiritur licentia Episcopi.
- De qualitate parochi proprii.
89. Parochus valet assistere matrimonio etsi sit tantum clericus, et quamvis intra annum non fuerit ordinatus presbyter.
90. Item etsi sit suspensus.
91. Nisi titulus fuerit ei ablatum; sed sufficit titulus coloratus.
92. Valet matrimonium contractum et coram ordinario, idest Episcopo, Prælate Nullius, Vicario Generali.
93. Item coram sacerdote ab his delegato.
94. Et sufficit delegatio generalis.
95. Testes sufficiunt quicumque, naturaliter habiles ad testimonium reddendum.
96. Præsentia Parochi et testium oportet sit moralis et formalis.
97. Tamen valet etsi fuerit casualis, vel sit invitus.
98. Hinc parochus assistit ut testis qualificatus seu auctorabilis.
- Titulus IV.
- De sponsa duorum.
- pag. 86—100.
1. Triplex casus.
2. Ius est de concurrentia duplicis matrimonii.
3. Polyandria vetita est jure naturæ.
4. Polygamia prohibetur lege evangelica.
5. Quidam affirmant prohiberi jure naturæ secundario.
6. Et dispensatum fuisse a Deo cum Patriarchis et Hebræis.
7. Sed melius negatur jure naturæ prohiberi, quamvis ab eo non laudetur.
8. Sed prohibita fuit jure divino positivo ab initio mundi.
9. Christus Dominus sustulit dispensationem serius datam a Deo.
10. Impedimentum ligaminis oritur ex præcedenti matrimonio etiam simpliciter rato.
11. Difficultas ex pericope finali cap. 3. h. t.
12. 1º. Quidam tenuerunt prævalere secundum matrimonium consummatum, si primum esset tantum ratum.
13. Sed nulla antiqua decretalis ostendit aliquando Pontifices adhæsisse huic opinioni, neque in casibus particularibus.
14. Immo constat Romanam Ecclesiam semper tenuisse contrariam doctrinam.
15. Deinde hic error attingeret dogma.
16. 2º. Hinc alii dixerunt Pontifices aliquando relaxasse primum matrimonium ratum.
17. Hæc opinio theoretice est recta, sed historice non sustinetur.
18. 3º. Hinc melius dicendum est aliquando receptum fuisse secundum matrimonium, quia de primo sufficienter non constabat.
19. Pœnæ in bigamos.
20. Ius casus est de concursu sponsalium cum subsequenti matrimonio.
21. Prævalet matrimonium, quamvis illicitum.
22. Nisi ex sponsalibus ortum sit.
- Impedimentum publicæ honestatis.
23. Hoc impedimentum primo inductum est jure romano.
24. Jure antetridentino, dirimebat usque ad 4m. gradum consanguinitatis, tum ex sponsalibus tum ex matrimonio rato, etiam invalidis, dummodo non ex defectu consensus.

25. Et est perpetuum.
26. Tridentinum limitavit ad primum gradum quoad sponsalia.
27. Et quidem attendit valida tantum.
28. Oritur tamen et ex sponsalibus clandestinis.
29. Ut declaravit S. Pœnitentiaria, 10. Sept. 1834.
30. Neque ignorantia excusat, cum sit lex irritans.
31. Circa hoc impedimentum ex matrimonio rato, Tridentinum nihil immutavit.
32. Matrimonium impuberum, non supplete malitia ætatem, regulariter æquivalet sponsalibus; hinc dirimit tantum usque ad I^m. gradum.
33. Matrimonium clandestinum, ubi publicatum Tridentinum, neque sponsalium vim habet.
34. Quidam putaverunt ex eo neque oriri impedimentum publicæ honestatis quia non continent legitimum consensum.
35. Sed affirmandum est, cum consensum naturaliter verum quamvis illegitimum contineat.
36. Secus est cum deficit consensus saltem perfectus, idest cum adest vis, error et metus.
37. An impedimentum publicæ honestatis oriatur ex matrimonio civili.
38. Per se affirmandum esset, quando contrahentes intendunt vere contrahere.
39. Hinc et conceditur sanatio in radice.
40. Plures tamen negabant, cum juridice considerandum sit ut mera cæremonia civilis.
41. In odium matrimonii civilis, S. C. C. decreto generali confirmato die 7. Apr. 1879. a Summo Pont. Leone XIII. declarando statuit, ipsum numquam producere impedimentum publicæ honestatis.
42. Verum producit alios effectus canonicos; ita excommunicationem etc. incurrit clericus major, attentando matrimonium civiliter.
43. Impedimentum publicæ honestatis non agit retrorsum.
44. III^{us} casus, est de sponsalibus concurrentibus cum sponsalibus.
45. Prævalent prima.
46. Neque obstat juramentum.
47. Neque copula cum secunda.

Titulus V.

De Conditionibus apposis in dispensatione vel in aliis contractibus. p. 100—112.

1. Quid conditio proprie.
2. Improprie.
3. Eventus fortuitus et potestativus.
4. Conditiones possibles et impossibles.
5. Honestæ et inhonestæ.
6. Contra substantiam matrimonii vel non.
7. Matrimonio in genere valent adjici conditiones.
8. Sed non licet nisi ex gravi causa.
9. Si tamen fiat, et sint honestæ ac possibles, suspendunt vim matrimonii.
10. Verificata conditione, quidam asseruerunt ad valorem matrimonii novum esse ponendum consensum.
11. Sed communiter et theoretice loquendo, negatur, dummodo perseveret primus consensus conditionatus.
12. Quæstio proposita est S. C. C. sub S. Pio V.
13. Et sub Clemente VIII.
14. Difficultas præcipue oriebatur ex necessaria præsentia parochi et testium ad matrimonium contrahendum.
15. Clemens VIII. voluit in praxi, exponerentur S. C. C. singuli casus.
16. Conditiones turpes vel impossibles, habentur ut non appositæ.

17. Sed est ex mera præsumptione juris, quæ cedit veritati.
18. Conditiones contra substantiam matrimonii, impediunt ejus valorem.
19. Conditio vitandi generationem, si sit turpis, est contra substantiam.
20. Est honesta, cum paciscitur de non exercendis juribus matrimonialibus in ordine ad generationem prolis; et quidam tenuerunt non adversari substantiæ matrimonii etsi apponatur in eodem contractu initi matrimonii.
21. Sed præferenda sententia contraria.
22. Neque obstant matrimonia celebrata a sanctis cum proposito non utendi.
23. Item si habuissent votum castitatis, sed cognovissent ex divina revelatione alterum conjugem non esse petiturum, ut evenit B. Virgini et B. Joseph.
24. Hinc est nullum matrimonium, si contrahatur cum expressa conditione divortii, ut apud Calvinistas.
25. Non autem invalidat si tantum in mente existat et non deducatur in pactum.
- De conditionibus apposis in sponsalibus.
26. Conditio honesta et possibilis suspendit vim sponsalium.
27. Et tunc non oritur impedimentum publicæ honestatis, donec evaserint absoluta.
28. Conditiones autem turpes vel impossibles vitiant vim sponsalium.
29. Hinc non est eadem regula ac in matrimonio.
30. An valeant sponsalia sub conditione: 'Si Papa dispensaverit'.
31. Plures affirmant si agatur de impedimento in quo Papa solet aliquando dispensare, et adsit in casu motivum sufficiens.
32. Alii negant, cum hæc conditio sit de jure ponenda inter impossibles.
33. Item quia sponsalia sunt inter personas de jure habiles.
34. Accedit analogæ resolutio S. C. C. die 22. Febr. 1862.
35. Item 12. Dec. 1733.
36. Neque obstat quod actum sit de dispensatione in forma commissoria.
37. Accedit ratio œconomica impediendi amores illicitos et limitandi efficaciam sponsalium.
38. Modus.
39. Si sit contra substantiam matrimonii, dirimit.
40. Causa.
41. Demonstratio.
42. Dirimunt 1^o. si importent errorem substantialem; 2^o. si deductæ sint in conditiones.
- Titulus VI.
- Qui clerici vel voventes, matrimonium contrahere possunt.**
pag. 112—118.
- I. De Clericis.
1. Clerici majores nec licite nec valide contrahunt.
 2. Cogendi sunt ad dimittendam mulierem.
 3. Consummando, fiunt bigami.
 4. Excommunicantur.
 5. Clerici minores valide et licite contrahunt.
- II. De Voto.
6. Votum solemne dirimit; simplex reddit tantum illicitum matrimonium.
 7. Duæ exceptiones.
 8. Votum simplex nulla reddit sponsalia subsequencia.
 9. Excommunicatio incurritur a contrahentibus matrimonium civile.
 10. 1^o. Quia clerici majores et professi solemniter, capaces sunt tantum matrimonii attentati, figuram aliquam habentis coram societate.

11. 2°. Et ante Bullam Apostolicæ Sedis, clerici excommunicabantur.
12. Pius IX. extendit excommunicationem et ad regulares.
13. 3°. Ex fine legis.
14. 4°. Ne ubi publicatum est Tridentinum, tales clerici vel regulares melius se habeant.
15. Difficultatem non facit, quod Ecclesia actum civilem non vocet matrimonium.
16. Neque decretum S. C. C. 7. Apr. 1879.
17. In proclamatione hujus censuræ, attendenda opportunitas concreta.

Titulus VII.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

pag. 118—122.

1. Agitur de impedimento criminis.
2. 1°. Oritur ex adulterio utrinque formali, cum promissione acceptata futuri matrimonii.
3. 2°. Oritur ex adulterio utrinque formali, cum matrimonio attentato.
4. 3°. Ex conjugis occisione, utriusque contrahentis machinatione peracta, ad matrimonium contrahendum.
5. Antiquitus talibus criminosis interdicebatur quodlibet matrimonium.
6. 4°. Oritur impedimentum criminis ex adulterio utrinque formali cum occisione conjugis facto unius contrahentis, matrimonii ineundi, causa.
7. Impedimentum criminis contrahitur et ab ignorantibus pœnam.
8. Allegans ignorantiam meræ pœnæ, in foro externo non auditur.
9. Non enim agitur de censura.
10. Finis autem legis non cadit sub lege, cum lex attendat quod fit ut plurimum.

Titulus VIII.

De conjugio leprosororum.

pag. 122—123.

1. Lepra et alii morbi supervenientes non dirimunt matrimonium neque simpliciter ratum.
2. Cap. ultimum hoc titulo loquitur de sponsalibus, quæ solvuntur, superveniente lepra.
3. Idem est si præcesserit sed fuerit ignorata.
4. Neque lepra superveniens jus dat divortii semipleni.
5. Sed debitum conjugale non obligat, si adsit periculum infectionis.
6. Sicut lepra, ita et alii morbi supervenientes solvunt sponsalia.

Titulus IX.

De conjugio servorum.

pag. 123—125.

1. Agitur de impedimento conditionis, seu status servilis caritati obnoxii.
2. Leges romanæ, servis non agnoscebant verum conjugium.
3. E contra antiquæ leges ecclesiasticæ, etiam insciis aut invitis dominis.
4. At sæculo saltem VIII. mutata disciplina.
5. Non constat directe an nova disciplina fuerit generalis.
6. Sæc. XII. restaurata antiqua disciplina.
7. Sed servus conjugatus debet domino consueta servitia.
8. Valet matrimonium personæ liberæ cum serva, scienter initum.
9. Non autem si ignoranter.
10. Hic enim error recidit in statum personæ.
11. Sed cognito errore, potest matrimonium confirmari libera voluntate, servata forma Tridentini, si impedimentum fuerit publicum; secus occultum.

Titulus X.

De natis ex libero ventre.

pag. 125.

1. Partus sequitur conditionem matris, quoad libertatem vel servitum.
2. Sed pro libertate sufficit mater fuerit libera tempore conceptionis, gestationis vel partus.
3. Quoad dignitates, filius liber sequitur conditionem patris.
4. Et uxor viri.

Titulus XI.

De cognatione spirituali.

pag. 125—129.

1. Amor conjugalis non bene conciliatur cum amore reverentia vel ex propinquitate.
2. Cognatio triplex; I°. naturalis;
3. II°. spiritualis;
4. III°. legalis; hoc titulo de spirituali.
5. Oritur ex baptismo et confirmatione. Procedit ad modum paternitatis seu maternitatis, et filiationis.
6. Ante Tridentinum usque ad 4^m. gradum consanguinitatis et affinitatis.
7. Tridentinum limitavit.
8. Non contrahitur per baptisma invalidum.
9. Bene vero ex baptismo privatim collato, causa necessitatis.
10. Et a parentibus si non sint legitimi conjuges.
11. Et antiquitus etiam si essent conjuges.
12. Nunc non officit juribus conjugibus.
13. Neque eis officit si levant prolem suam.
14. Tridentinum præscribit ad summum in paternos designandos unum et unam, et ad contrahendum impedimentum requiritur animus et tactus physicus.

Titulus XII.

De cognatione legali. p. 129—134.

1. Adoptio quid?
2. Adoptio perfecta seu adrogatio.
3. Adoptio imperfecta.
4. Lex civilis romana canonizata est.
5. Ratio prima impedimentum hoc constituendi, fuit debita reverentia.
6. Deinde publica honestas.
7. An impedimentum oriatur etiam ex adoptione imperfecta, disputant Doctores antiqui et recentiores.
8. Adoptio codicum modernorum diserepat a lege romana.
9. Hinc quidam negaverunt ex ea nunc oriri impedimentum.
10. Sed affirmandum est ex intentione.
11. Item ex declarationibus S. C. S. Officii.
12. Et ex praxi S. Pœnitentiariæ.
13. Extensio hujus impedimenti juxta legem romanam.
14. Jus canonicum adoptat extensionem legis civilis.
15. Hoc impedimentum est perpetuum quoad paternitatem et filiationem legalem.
16. Item quoad legalem affinitatem.
17. Non autem quoad fraternitatem.
18. Adoptio subsequens matrimonium non minuit jura conjugum.